

*sserſe) saxa in Hildesheimio, Agricola.
Vide infrà cap. IO.*

Vitreæ specie nascitur gemma Belus dicta in Arbelis, nucis iuglandis magnitudine, Plinius.

D E R E B V S A R T I F I C I O-
*sis seu arte factis, ex metallis, lapidi-
bus ac gemmis. Cap. VI.*

DE rebus fossilibus quæ natura similes sint rei alicui artificioſe, præcedenti capite dictum est: in hoc verò de artis operibus quæ ab homine fiunt ex metallo, lapide, aut gemma dicemus: sed paucis duntaxat, & speciminiis gratia: omnia enim persequi nimis prolixum foret. Sequemur autem h̄ic quoq; literarum ordinem.

A. Ad ædificia & structuras lauitores adhibētur Marmora diuersa, præcipuè ad columnas, & incrustedos parietes, & sepulchra, &c. Marmora (inquit Agricola) non habent singu-